

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[52\] : De Nymphis](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [52] : De Nymphis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[52\] : De Nymphis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 12 : De Nymphis](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[52\] : Des Nymphes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[52\] : Des Nymphes](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1047](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Nymphes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024



phæ artifices: sed etiam alios ex Diis potētia & autoritate aliis præstare crediderunt, ita ut vnus Iupiter rebus omnibus ac dæmonibus præset, alij dæmones imperia in certa vel loca vel negotia obtinerent, qui & ipsi alios inferiores dæmones haberent ministros. Sic igitur Sileni Bacchum, ut ministri, sequebantur: qui cum Bacchus esset Sol creditus, Sileni vires solis erant animalibus perutiles.

Ethicè.

Ebrietatis turpitudinem præterea ante oculos proponentes, Silenum vini scilicet vini & ebtij hominis formam, expresserunt. Illum igitur ventricosum, & senem, & vsq; titubantem finxerunt, quod hæc omnia vinum & ebrietas efficiat. Nam qui plus voluptatibus, quam natura postulet, tribuerit, is & in presenti & in posterum corpus & animum omnibus rebus vel vtilibus vel honorificis inutilem reddit. Quare propositis his incommodis maiores per hæc figmenta ab immoderato vini vsu, & ab omni è vino nascente turpitudine deterrebant.

De Faunis.

Ut verò retinerentur homines in officio, omnesque forent probitatis & integritatis studiosi, & Faunos, & Syluanum, & Oreades nymphas antiqui sapientes excogitarunt, qui vbique pastoribus & agricolis præsto essent, agrestiumque calamitates aliquannulum subleuarent: nam cum nihil in agris, vel in syluis, vel in densis montium nemoribus non præsentē vbique Deo cōmitti liceret; mox additum fuit illi opinioni, viros bonos laborantes nullo in loco à diuina clementia negligi, sed vbique subleuari: quippe cum neque arborum neque pecudum fœtus possent sine diuina custodia conseruari aut augeti.

De Nymphis.

Sed quoniam nulla res est, quæ tota sit vtilis, cum neque ciborum maior pars in vtilitatem corporis conuertatur, neque tota materia aquæ gignendis animalibus sit vtilis, cum alia pars in fœtum, alia in eius nutrimentum absumat, ut patet in ouis præcipuè, vires illas seminis, aut aquæ, ex quibus fit generatio, Nympharum nomine appellarunt. quare dictæ sunt Nymphæ fructiferæ, & homines atque animalia omnia nutrire, & pastorum Deæ, præfidesque pratorum vocatæ sunt. Sic igitur per has materiam propriam singulis rebus naturalibus subiici, significabant.